



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Formpach.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**



Monasterij fidelis ac prouidus gubernator, cuius industriam adificia ab eo innouata & constructa testantur, ad 18. annum vsq; Cœnobio præfuit, & de viuis excessit an. 1566.

XIX. NICOLAVS Sreidl de Weindorf, vir sanctimonia vite adeo spectatus, ut illi munus visitandi in omnibus Benedictinorum Bauaria monasterijs ab Apostolica sedis legato fuerit delatum. Canonicæ sodalitatæ B. V. & Martyris Barbaræ extitit author. præfuit an. XXIV. tandemq; placida morte quieuit An. 1590. decimo quinto Iunij.

XX. LEONHARDVS, Vir deuotus, & regularis obseruantie ardentissimus amator; instituit fraternitatem S. Sebastiani. & Sacellum S. Crucis de nouo extruxit. Tandem laborum & longæ vitæ pertasus liberè resignauit, & inter viuos esse desit, die V. Iunij An. Dn. 1615.

XXI. OTHMARVS Abbas modernus.

## FORMPACH.

MONASTERIUM ordinis S. Benedicti. De fundatione istius Monasterij scribit Auentin. fol. 551. quod omnino non conuenit, cum infra scriptis monumentis & confirmatione Lotharij Imperatoris, ex quibus, quomodo res habeat, certius comprobatur. Incipit commemoratio traditionum Cœnobij siue Monasterij sanctæ Mariæ, quod est ad Formpach. Ego Berengerus, Formpachensis Cœnobij primus non meis meritis Abbas, & hi, qui mecum congregati sunt fratres, animaduertimus, alternæ charitatis & debitæ esse retributionis illos describi, qui primùm, & qui deinceps suæ hæreditatis hæredem fecerunt Ecclesiam nostram, quæ est ad Formpach consecrata in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, pariterque loca, à quibus & quomodo ad hanc tradita sint, adnotari, vt noticiam illorum, qui ea tradiderunt, Successoribus nostris relinquamus, & per hanc memoria eorum nominatim fiat & longa. Tradidit namque in primis Domina Himeldrud, venerabilis Matriona, ad eandem Ecclesiam, cum manu Aduocati sui, in vsus ibidem Deo seruentium, hæc sue proprietatis loca, quæ hic sunt nominata, villam, scilicet Chemnaten., Winhartesheimin, Machingen, Hartheim, Rischermiin, Minicheim. Accepit quidem ea ipsa Materfamilias Thiemonem Comitem in Aduocatum sibi, etiam dictæ Ecclesie, & his omnibus, qui vel quæ ad hanc pertinent; ea ratione & complacitatione, vt is post illum eiusdem aduocationis curam & regimen, susciperet, qui in filiis eius primus esset ætate, & sic simili modo de filiis in filios suæ posteritatis huius tutelæ procuratio transiret, quatenus eò propensiori cura susceptis in patrocinarum patrocinaueretur, quo se vicem & locum Patris, Aui, etiam Proauis procurare sciret: Postea Eckpertus Comes, quarto loco à prænominato Auo suo Thiemone eiusdem procurationis debitor effectus, consilium habuit cum Abbatibus, cum Marchionibus & aliis honestioribus & religiosi viris Regionis, & maximè cum Episcopo Patauiensi Vdalrico, & ex fiducia & autoritate consilij eorum, congregatis, in eodem loco Formpach Monachis, effecit Abbatem Berngerum, Monachum expertum, atque probatum, quem Episcopus Patauiensis ille, qui supra, Anno Incarnationis Dominicæ 1094. Indictione secunda, 16. Calend. Ianuarij in. Abbatem, consecrauit, & faciens sermonem pro eoad populum, enunciauit ea, quæ ipse Aduocatus Eckpertus, & cunctus, qui aderat, populus collaudauit, videlicet, vt ea ipsa Abbatia ad Formpach sit libera, & Monachi illi post mortem Abbatis sui liberam potestatem habeant, ad eligendum sibi Abbatem, vndecunque huic nomini idoneum inuenire possint, siue in suo siue in alio vicino, seu lon-

Donatio D.  
Himelrud  
de vraga  
fundatri-  
cis.

Metrop. Salzb. Tom. I.

D d 3

ginq



ginq̄uo Monasterio, & is, qui electus fuerit, ad designationem suę electionis baculum ab altare sui Monasterij sumat, & si fortè Monachi illi in electione dissentiant, tunc adueniens Episcopus Patauiensis, cum Aduocato ipsorum eos suis exhortationibus coadunet, & vt mediator sanioris partis sententiam tenere, persuadeat; moxq̄ue idem Præful hæc ita suo decreto, cum Clericis & Abbatibus, qui præsto erant, stabiliuit, & Episcopali Banno confirmauit. Aliunde hæc firmari non erat, propter schismata & dissensiones, quæ tunc temporis in Sede Romana erant, & in regno.

PORRO Eckperrus supra memoratus loci Patronus, à Domino instinctus & amore parentum submonitus, superaddidit prioribus datis supplementum, de sua & mulieris suæ hæreditate tradidit, namq̄ue ipse & vxor eius Mechtild, annuentibus hoc filiis eorum, ad sustentationem sæpè jam dicti loci Monachorum in eodem loco Formpach hortum & cortem vnam & molendinum, donauit & campum quendam siue territorium seu nouale in vsu pratorum aptandum & prænominatis terminis extirpandum, & concessit eis potestatem saltus ibidem vel syluæ ad cedendum in quoscunq̄ue vsus & ad saginandum porcos. Dedit etiam dimidiam decimam Ecclesie, quæ Antefin vocatur, & dimidiam Huobam in villa, Hartheim nomine, & duas vineas in villa, quæ dicitur Eholuingen; in super etiam dedit eis in Orientali plaga villam, nomine Neukirchen, & Ecclesias Parochiales duas, vnam sub castello Butino, Parochiam Butinensē, & alteram in villa prædicta Neukirchen, cum decimis & cum cæteris omnibus ad has pertinentibus, & id quod in ea loci est mercatum & villam, nomine Werth, & alium locum iuxta fluuiolum Gloeniza, vbi modò Cellam constructa est, cum pratis & sylua vsque ad Clamma, & pratium iuxta fluuium Bruna, & dimidiam Huobam, in villa, quæ dicitur Beyrbach, & dimidiam Huobam in loco, qui vocatur \* Smidesdorff, & dimidiam Huobam in villa, quæ dicitur Gloeniza, & tres vineas, vnam in loco, qui vocatur Botschach, & duas in alio loco, qui dicitur Wirbilach. Tradidit etiam ille in idipsum, quod supra quicquid inter Enum & Enesum fluuios inueniri potest, illorum mancipiorum, quæ coniugi suæ in partem ceciderunt, de familia patris sui Adelberonis Episcopi. Harum singularum traditionum Testes sunt isti per aurem attracti, Orachar Marchio, Dietricus Comes de Formpach, Bernhard de Afcha, Bernhard de Schonheringen, Haiderich, Henderich de Cambe, Henderich, Heydenreich de Erlacha, Pilgrim de Rotingen, Heinrich & Reginbrecht de Perchofen.

*Sequitur diploma Lotharij Imperatoris.*

**I**N NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Lotharius diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Cùm defensionis nostræ sollicitudo circa omnes Ecclesias & Christi pauperes intugilare debeat, familiarius tamen eas Ecclesias & claustra fouere & manu tenere debemus, quæ à parentibus nostris fundata sunt, in quibus quotidie nostri & ipsorum apud Deum memoria fit. Proinde tam futurorum quam præsentium sagax nouerit industria, qualiter nos ob remedium animæ nostræ & consortis nostræ Richniza Imperatricis Abbatiam Formpacensem, cum omnibus pertinentiis suis in nostram suscepimus tuitionem & defensionem. Quam toto deuotionis nostræ affectu amplectentes, sicut libera instituta est à Comitibus piæ memoriæ, Eckberto & cognato suo Vdalrico, ita libertatis ipsius privilegia nostra Imperiali auctoritate confirmamus; ea videlicet lege & tenore, vt ab omnium mortalium seruitio & exactione

*Nunc ad  
monasteriū  
Reicherf-  
perg perti-  
net, à Cora-  
do Salisbur-  
genſi Episco-  
po tradita,  
Anno 1142  
iuxta diplo-  
mata ibide-  
m quibus  
nulla mētio  
de Parochia  
ſeu illius ju-  
re patrona-  
tus. Sed de  
decimis i-  
tūm illius  
Parochia  
ac alterius  
in Brēberg  
circa Butig-  
manide quo  
apud Mona-  
ſteriū Rei-  
cherſberg  
latuit.  
\* al. Im-  
deidorf.*



& exactione immunis, soli Matri nostræ sanctæ Romanæ Ecclesiæ suum famulatum recognoscatur, & singulis annis, vnius aurei debitum exhibeat. Abbas etiam ipsius per successiones à fratribus ipsius regulariter & libere electus, non aliter nisi baculo de ipso altare accepto inueletur: Similiter & Aduocatus de prædictorum genere Comitum magis idoneus communi arbitrio & electione fratrum constituatur. Inter cætera autem eidem Ecclesiæ confirmamus mercatum in Neukirchen cum moneta & omnium vtilitate, quæ inde prouenire poterit, & præterea non minus confirmamus, quicquid iuris habere debet, ex donatione prædictorum Comitum, Eckberti, Vdalrici, nec non Hermanni fratris ipsius specialiter ligna, pastum, ædificia & quæcunque adiacentis forestiæ vtensilia. Sub nostrâ itaque confirmationis auctoritate comprehendentes tam ea, quæ in præsentem habet, quam quæ habitura est eadem Ecclesia, præcipiendo iubemus, vt nullus Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla denique magna paruaue persona in his concessis eam inquietare, molestare, diuestire præsumat. Si quis verò contra hoc (quod non credimus) præsumpserit, 10. libras auri medietatem prædictæ componat Ecclesiæ. Quod vt verius credatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, præsentis decreti paginam sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Huic autem confirmationi testes adhibuimus Archiepiscopos, Adalbertum Moguntinensem, Conradum Saltzburgensem, & Conradum Magdeburgensem, Episcopos, Wirtzeburgensem Embriconem, Haluerstad. Rudolphum Megengorum Mersburgen. Gotebold. Misne. Bernhardum Hildesheimensem; Marchiones, Conradum, Adalbertum, Palat. Fridericum, Ortonem, cum cæteris maioribus & minoribus. Data anno incarnationis Dominicæ, millesimo, centesimo, tricesimo sexto, Indictione 14. pridie Idus Maij. Anno vero regni Regis Lotharij X. Imperij tertio. Actum Merspurg, in Christi nomine fœliciter. Amen.

PRIVILEGIA huius Monasterij, præsertim Lotharij Imperatoris confirmata sunt, per Duces Austria, nempe per Rudolphum, Fridericum & Albertum, fratres, de Anno 1306. 1311. & 1334. Item à Duce Alberto Anno 1431. vbi se Aduocatum huius Monasterij nominat.

#### ADDITIONES.

POST hanc institutionem transacto parui temporis spatio tradidit bonæ memoriæ Dominus Odalricus de Windenberge frater Domini Herimanni, ad idem cœnobium quædam suæ proprietatis loca, quæ veraciter hic sunt adnotata: videlicet partem Ecclesiæ sancti Martini quæ contigit sibi & fratri suo Herimanno cum omni dote quæ ad eam pertinuit, scil. Eholuingum cum Ecclesia quæ ibi sita eo iure & vsu quo à suis partibus in hæreditatem acceperat cum quadam parte decimæ quam Thiemo auus suus ab Episcopo Egilberto Patauenfi mutuauit eum vinea ad Raddharen & huoba ad Perguren & in ipsa villa cum quibusdam agris & prato. Quæ decima delegata est super altare Ecclesiæ Eholuingum in præbendam suis capellanis, videl. Wazoni, Wichardo, Hiltipoldo, Iozo, qui inibi diuina celebrabant. Et idem Comes Thiemo à prædicto Episcopo Eg. obtinuit suæ familiæ in eadem Ecclesia sepulturam, & cætera legis diuinæ, quam postea Ecclesiam cum prædicta decima delegauit super altare S. Martini Formbach. Hanc ergo villam & Ecclesiam & decimam quia ad Ecclesiam S. Martini pertinebat cum eadem Ecclesia tradidit Odalricus ad prædictum cœnobium, ea ipsa ratione & placitatione qua superiora vt scriptum est super perfecta. Morte autem præuentus ea omnia vt suæ voluntatis erat non ad perfectam delegationem

E.M.S.

Dd 4

vsque



vsque perduxit, sed postmodum coniunx illius Domina Machilt: & filius eius *Conradus* conflante supradicto *H.* fratre ipsius *Odalricus* strenue ac firmiter impleuerunt. Harum rerum testes sunt per aures ducti, qui hic sunt adnotati. *Hermannus* Comes frater ipsius *Odalrici*, *Sigehardus* Comes. *Gottfrid* de *Gottinisdorff*, *Bernhardus* de *Sconheringin*. *Bernhard* & *Reginolt* de *Afehaha*, *Reginger* de *Vtinheim*. *Adelbertus* filius *Rapholdi* de *Wirmizaha*, *Heinrich* de *seruientibus*. *Folerat* & *Odalrich*. *Rarolt* *Isinrich*:

Dominus *Ekkebertus* tradidit ad prædictum locum partem quam habuit apud *Scerdingen*, & in ipso loco nouale quoddam, huius traditionis hi sunt testes. *Otto* de *Ramla*. *Sigehardus* *Flazze*. *Heinrich* de *Tanna*. *Hermannus* & frater eius *Durnic*. de *Rotingen*. *Bertoldus* *Pabo* de *Augsbach*.

Notum sit etiam his omnibus quod idem *Aduocatus* *Ekkebertus* post obitum vxoris eius domine *Mechilde* annuentibus filiis eius tradidit ad eundem locum tres huobas in loco qui dicitur *Vispach* secundum petitionem prædictæ coniugis suæ *Mechilde*. Huius rei testes sunt, *Eberhardus* filius ipsius *Comitis* *Ekberti*, *Ekkebertus* frater eius. *Reginbrecht* de *tanna*. *Adalhart* de *metichi*. *Erebo* *phath*.

Comes *Ekkebertus* delegauit *Fornbaciensi* cœnobio seruum suum nomine *Gerbob* eo pacto, vt singulis annis quinque nummos persoluat, vel si tribus continuatim annis præscriptum tributum reddere omiserit, seruituti obnoxius sit, huiusque traditionis hi sunt testes *Sterfritt*, *Rudpertus*.

Fœlicis memoriæ dominus *VVernt* Abbas suis precibus impetrauit à Domino *Dietrico* Comite vt isdem Comes *D.* & eius coniunx *Adelheit* diuino amore submonitus pro triginta talentis ad altare *S. Dei* genitricis *M.* delegauit, quicquid in *Formbacensi* loco habuit, scilicet castellum quod inibi situm est & partem dotis *Ecclesiæ* *S. Martini* quæ sui iuris erat, & agellos qui sparsim *Ecclesiasticis* agris interiacebant, & quoddam prædiū ex alia ripa *Eni* fluminis positū & quendam seruulū *Gerbertum* cum vxore & filiis & ancillam *Dietlint* nomine cum suis liberis. Huius autem traditionis hi sunt testes. Comes *Ekkebertus*. *Sterfridus* de *brilize*. *Aribo* de *mitiche*. *Huc* de *psolfou*, *Ludovic* de *Businberc*. *Wergant* de *VVolfaha*. Postea verò prædictus Dominus Abbas *W.* eandem delegationem studuit firmiter constabilire atque corroborare. & eundem Comitem *D.* & coniugem eius *A.* rogauit vt quod pridem fuerat actum interea traditione renouaret. Quod etiam vtrique propriis manibus fecerunt & sub his testibus confirmauerunt. Hi sunt testes *Ekkebertus*. Comes, *Megnhart* de *Rotshouen*. *Eppo* de *rute*. *Regnboto* de *auvva*, filius *Sigitoronis* de *hornnheim*. *Alker* de *romtinge*, *Gottschalch* de *Karlsteten*, *Fridericus* filius *Adelberti* de *berbobingen*, *Geroldus* de *Ezzinbach*, *Duime* & frater eius, *Gerrich* de *gaugoldesheim*.

Comes *Ekkebertus* iunior præfate Abbate *Liotoldo* tradidit *Fornbacensi* *Ecclesiæ* curiam quandam in loco qui dicitur *antesin* cum mancipiis & omnibus ad eam pertinentibus, postmodum precibus obtinuit à præfate Abbate *Pertoldo* quandam de eisdem mancipiis sibi præstari huiusque rei hi sunt testes, *Cundoldus* nostræ *Ecclesiæ* seruus moriente apud villam quæ dicitur *poslah* vineam à Comite *S. Dei* genitricis *Mariæ* per manum cuiusdam Nobilis viri *Aribonis* de *Soiltorff* tradidit, si tamen legitimo hæredæ caruerit. Et hi sunt testes *Gifildoldus* de *Mirihe* *Reginboto* longus *Megenhard* miles *Comitis*.

Comes *Ekkebertus* ad altare sanctæ *Mariæ* rogatu *Dietrici* *Comitis* *Hainrici* hunc cum omni posteritate sua delegauit & sub his testibus firmavit, videl. *Huc* de *pholsu* *Aribo* de *Sciltraim* & *Cisloch* de *mitche*. *Pertoldus* *palun* & frater eius.



eius. March. Pernhart Heberh. Henric. Wilehon & sub eiusdem testibus inuestituram fecit.

Fœlicis memorię Comes *Conradus* de ratilinberge, dedit *Formbacensi* Ecclesię per manum patris sui Comitis H. de *Windeberg* quandam curtem nomine *Chadellheim*, sed quia isdem Dominus H. de morte præuentus, per se hanc traditionem efficere non potuit, coniunx eius venerabilis Comitissa H. cum filio suo *Herimanno* addito molendino quod inibi est benigne adimpleuit, dedit etiã vineam ad aschaha cum mancipiis & omnibus ad eam pertinentibus steuenonis quoque prædium dimidium cum VIII. mancipiis, prædium quoque quod ad *Filceizingen* habuit & aliud ad *Heingaren* quodque in loco qui *Succinbach* dicitur habuit. Insuper etiam quoddam territorium in *Formbacensi* littore ex alia parte *Ent* fluminis contra Monasterium tradidit etiam partem Ecclesię *S. Martini* cum possessionibus quas in eodem loco prædicti Comites O. H. C. habuerunt, quasque longe ante eisdem cellę tradiderunt iterata donatione confirmavit. Et quendam *Chunradum* cum aliis XII. mancipiis donavit. Quarum traditionum hi sunt testes. Dietricus Comes de *Vichtenstein*, *Amelbertus* de *Preitenvisen*, *Albuinus* de *Steine*. *Regingerus* de *Idmoltesheim* & *Wernhardus* filius eius. *Vdalricus* de *Sconeringen*, *Widolt* de *Werde*, *Rathart*, *Rupertus*. *Rapoto*.

Comes *Ekkebertus* annuente coniuge sua *VVilibinga* dedit S. Dei genitrici *Marię* per manum cuiusdam nobilis viri *Aribonis* de *Skiltaren*, syluam quę *Chotelabe* & *VVerde* attingit eo iure quo sibi à parentibus suis hæreditariè obuenerat, à confinio quod prædictas villas diuidit contra meridianam plagam vsque ad arborem pirũ notatã in via stantẽ super montẽ qui *Hiz.inberge* vocatur, & ab illa arbore vsque ad giganteam viam, & hanc viam totam vsque in riuũ *Chrebezbach* per quẽ fluuium ascendit vsque ad ipsius amnis originem, & ab hinc ad uerticẽ montis in quo idem lacus oritur, à quo vertice vsque in ripam quę fluens *Sirna* dicitur circumgirat, per quẽ eiusdem ripę alueum descendens vsque ad *Weride* terminatur. Cuius traditionis hi sunt testes. *Aribo* de *Ruitre*, *Adelhardus* de *Sunnebürc*, *Rutherus* *Pilgrimus* de *Stainbach*. *Odalricus* de *Ahahusen*. *Fridericus* de *Ipsẽ*. *Pilgrimus* de *Richersheim*. *Fridoldus* *Nanus*. *Perchtoldus* *Guster*. Inuestitura. *Odalricus* *Willehalmus*.

Domina *Hedeuic* Comitissa de *Windeberge* dedit *Formbacensi* Ecclesię tria mancipia quorum hæc sunt nomina *Luttrat*, *Gunza*, *Chunigunt* hoc iure vt 5. nummos annuatim persoluant. Remisit etiam dimidiam hobam quam dispensatores eius de curte *Chadellheim* abstulerat. Et hi sunt testes. *Wolfgang*, *Perchtoldus*, *Hunthaha*, *Godeboldus*.

Domina *Ira* Comitissa de *Burchusen* dedit *Formbacensi* Ecclesię quicquid prædij habuit, cum vineis & mancipiis in loco qui *Pofsinbach* dicitur huiusque traditionis hi sunt testes. *Duric* de *granberge*, *Diepoldus*, *Werinherus* de *Pholtoo*. *Eppo* de *Grantperge*, *Gerhardus* *huccingare*.

*VWolfgang* de *Windeberge* dedit eidem Ecclesię ex petitione fratris sui *Heinrici* vnum mansum cum mancipiis ad *Gumbrehtingen* & hi sunt testes, *Chunradus* & *Wecil* frater eius de *Hittingen*. *Vdalschalche* de *Sessingen*. *Otto* de *Erzinbahie*. *Adelbertus* frater eius de *cella*. *Marchvardus*.

Comes *Ekkebertus* delegauit ad altare sanctę *Marię* tres filias *Geuoldi* de *Honeruten* scilicet *Adelheidt*, *Perta*, *Richkarr* eo pacto vt annuatim censum V. nummorum persoluant. Huius traditionis extiterunt testes *V Vernhardus*, *Pilgrim*, *Megingoz*, *Pertoldus*, *Ingram*.

Ekke-

de Chingard, Weinuo-



*Ekkebertus* Comes dedit huic Ecclesiæ quoddam prædium in loco qui dicitur *Revvane* & propria manu tam pro anima sua quam parentum suorum ad altare S. Dei genitricis in nat. eiusdem Dei genitricis delegavit. Et hi sunt testes. Dietricus Comes, nepos ipsius. Dominus Rapato filius Ducis Engilberti, Ekkehardus de phollu, Eekinbertus de Mosepach. Eppo.

Dominus *Ekkebertus* Comes cum consensu vxoris filiorumque eius delegavit curtem *Inzingen* cum omnibus ad illam pertinentibus pro remedio animæ suæ in manum *Odalrici* Comitis ea lege & ratione ut illi super altare B. Mariæ ad *Formbach* delegaret. hoc idem Comes *Odalricus* præsentem eiusdem Monasterij Abbate *Beringero* & *Ekkeberto* Comite adimplevit, ac sub testificatione istorum, testium confirmavit. Ekkebertus & Eberhardus filij Ekkeberti Comitis. Luitpoldus de Obach. Wernhart de Alderspach, Gorefrit filius Cortini de Vilisa.

Dominus *Ekkebertus* Comes tradidit *Geroldo Griezpach Vrheim, Sikkingin*, & delegavit in manum eiusdem nobilis viri nomine *Piligrimi* ea lege & ratione ut quocumque vellet ipse delegaret. Hoc idem prædium rogante *Geroldo* idem *Piligrinus*, cum omnibus suis vtilitatibus, seruis & ancillis, pro remedio animæ Domini sui suæque animæ suorumque parentum sine vlla contradictione ad altare S. Mariæ delegavit & sub testificatione istorum testium confirmavit. Ralfolt de Wirmiluga. Bernhart de Ascha, Piligrim de Risbach. Piligrim filius Sedunges. Adelram de Chirbach. Eppo de Lotinberht, Reginolt de Lengenoue. Reginger de VZinhaim. Heinrich de Inuzinesdorff. Reginolt de Ascha. Bezelmus de Hedindorff. Item Heinrich filius prædicti Geroldi coram supradictis testibus rogavit eundem *Piligrinum* scilicet Aduocatum suum ut si absque legitimis filiis ipse *Henricus* & filius eius *Geroldus* obissent residua prædiorum suorum quæ in manum fidei suæ tradiderat altari Dei genitricis S. Mariæ in loco *Formbach* delegaret.

Comes *Ekkebertus* præsentem & annuente coniuge sua W. tradidit *Formbachensi* cœnobio capellam quæ est in castello *Nyrvvenburc* cum dote & mancipiis ad eam pertinentibus, eo nimirum pacto, ut eidem Ecclesiæ à fratribus prænominati loci diuinum seruitium benigne impèdatur. Idem quoque piæ memoriæ Comes E. prædicto cœnobio decreuit decimationem dare omnium rerum suarum, videlicet de sylua, venatu, piscatu, de camera, de cellario, de prædiis, de placitis & de omnibus bonis quæ ex diuina largitate de longe vel prope ei fuerint collatæ. Dedit etiam quatuor mancipia scilicet quendam *Gerungen* cum tribus germanis, hæcque donationes vna delegatione patrauit, & sub his testibus strenuè confirmavit. Hi sunt testes: Aribo de mittiche. Bertholdus balun. Bertholdus de Hittingen. Reginboto longus.

Dominus *Dietricus* Comes de *Vietenstain* dedit Ecclesiæ *Formbach* tres manus in loco rere, propriaque manu delegavit, pro remedio tam suæ animæ quam vxoris suæ Domine *Adelheide*, nec non & parentum suorum. Cuius rei hi sunt testes. Hugo de pfolou. Eberhardus de Osternbach. Regnboldus, Gerrich de gaugoldesheim.

Domina *VWillibirch* Comitissa & filius eius *Ekkebertus* delegauerunt *Pertoldum de bouerlitten* ad censum V. nummorum, annuente Comite *Ekkeberto* qui & testis extitit, sicuti & testes nihilominus extiterunt, Pertoldus Palun. Hermannus de Roting. Diepoldus de Logheim. Sigboto de Bornhemen. Marcuardus, Ekkehardus vntur. Irmfridus Iunior. ad altare S. Mariæ.

Præfata Comitissa & filius eius *Ek*. annuente Comite E. delegauerunt dimidium mansum ad *Patheringin*, & hi sunt testes. Pertoldus Palun. Hermannus de roting. Siboto de bornheim. Werhardus Zant. Harturider. Arnoldus. Heinrichus de Chrugarn, Wermuot.

Dominus



Dominus *Ekkebertus* Comes delegavit ad altare S. Mariæ. nouale quoddam quod quidam seruiens *Rodgerus* prius in beneficium à Comitiſſa W. impetrauerat. Insuper pratum quod è regione & vltra riuum *Tarnpach* situm est tradidit. Huius delegationis testes existerunt : *Poppo* de *Stupach*. *Odelrich* de *Sneberch* & frater eius *Meginger*. *Luipoldus* de *Nedespach*. *Megingoz* de *Tægingeschiren*. *Herimannus* de *Roting*.

Quoniam quidem sæpe dissensio inter *Formbacenses* & *Subenenses* de vtilitate transitus aquæ qui est in *Skerdingen* quique ipsis ambo bus, largitione Principum seruit facta est, dignum duximus ne amplius inter dissidentes aliqua similitas oriatur describere, notitiæque nostrorum tradere, quibus vel quot annis *Formbacenses*. & quot *Subenenses* præfatam vtilitatem sint assecuti. Duæ namque sorores *Tuota* & *Himildrud* tam nobilissimis quam etiam ditissimis parentibus ortæ, cum possessiones suas amplas inter se diuiderent, contigit, vt prænominatus transitus in ista parte in qua Monasterium *Formbacense* situm est æqualiter inter eas partiretur, videlicet, vt vno anno domina *Tuota*, altero Domina *Himildrud* ipso vteretur. Ex altera verò parte in qua *Subenense* Monasterium constructum est plures participes eiusdem trāsitus, videlicet filios *Meginhardi* Comititis *Odalricum* & *Hermannū* ac filios *Tiemonis*, *Ekkebertum* & *Henricum*. & Dominam *Itam* habentes definerunt, quatinus primo anno Domina *Tuota*, secundo Sorore eius, Domina *Himildrud*, tertio *Odalricus* & frater eius *Henricus*, ipsius transitus vtilitate potirentur, & Domina *Ita* in ipso inºi anno singuli septimana quolibet die tantum frueretur. Domino autem inspirante Domina *Tuota* partem suam quam vtrique habuit Ecclesiæ S. *Lamberti* quæ est in *Subene* dedit, & Soror eius Domina *H.* partem suam ex vtraque parte Ecclesiæ S. *Mariæ* quæ est in *Formbacens* loco tradidit. Dehinc Dominus *Odalricus* & frater eius Dominus *Hermannus* cū sanguineis suis scilicet *Ekkeberto* Comite & fratre suo Domino *H.* etiam suas partes *Formbacens* Ecclesiæ dederunt. Post hæc *Diepoldus* de *Locheimin* vtilitatem diei quam Domina *Ita* habebat in beneficio à Domina sua tenes, impetrauit ab ea vt ipse etiam hanc *Formbacens* Ecclesiæ daret. Qua ratione oportet vt *Formbacenses*, & *Subenenses* ex ista parte in quo *Formbacens* alieº Enū influit, transitus vtilitate æqualiter fruantur : ex altera vero parte in qua *Subenenses* fluuiolus Enū innatat *Subenenses* vno tantum anno, *Formbacenses* autē post hunc tribus annis continuatis potiantur, & pro largitoribus æterna præmia largientem vtrique deprecentur.

Memoriæ tam præsentium quam futurorum plena fide transmittimus, quod Dominus *Chunradus* *Saltzburgens* Ecclesiæ Episcopus, acceptis à domino *Ortolfo* *Vornbacen*. Abbate XV. tal. tradidit ad censum annuatim soluendum, videlicet V. denariorum prædicto cœnobio, mancipia quædam cum omni posteritate ipsorum, quorum hæc sunt nomina. *Pertha* & filia eius *Mehthilt*, & *Dietricus* filius *Perthæ*, & alij eius filij, *Henricus* & *Hermannus*, *Pertholdus*, & filia eius *Gertrudis*. Erant præterea homines prædictæ Ecclesiæ *Vornbach*, quorum hic annotamus nomina. *Chunradus*. *Willbirgis*. *Gutherus*. *Adelheidis* in seruitio Episcopi ex longo tempore cōstituti, & tanto minus nobis cogniti, quanto & à seruitio nostro alieni, quos idem Episcopus consentiente Abbate & omni congregatione retinuit, vt in prædictorum mancipiorum traditione esset denotior. Huius concambij seu traditionis isti testes sunt. *Svikerus* de *Suhten* notarius. *Albertus* capellanus presbyter Ecclesiæ S. *Petri*. *Meingotus*, & frater eius *Sigboto* de *Surberch*. *Chuno* de *Werfer*. *Leupoldus* de *Walde*. *Hart-*  
vicus & frater eius *Wernhardus* de *Hage*. *Gerol-*  
dus de *Antesenhouen*.

Sequuntur.



*Sequuntur Priuilegia Rudolphi, Friderici, Alberti & alterius Alberti, Austria Ducum, quorum D. Hund mentionem facit.*

**R***udolphus* Dei gratia Dux Austriae & Styriae, Dominus Carniolae, Marchiae ac Portusnaonis. Vniuersis praesentium inspectoribus salutem cum notitia subscriptorum. Aequitatis vigor ex postulat & ordo suggerit rationis, ut nostrarum personarum indemnitatibus praecauere, & praecipue religiosorum locorum commoditatibus & honoribus ampliandis, iugiter intendere debeamus, ut per lubricum huius vitae transcursum salubriter transeuntes, aeternae beatitudinis praemia consequamur. Nouerit igitur praesens aetas & successura posteritas, quod diuinae recordationis *Lotharii* Imperatoris tertij priuilegium vidimus, audiuimus, & de verbo ad verbum intelleximus diligenter, cuius tenor per omnia dignoscitur esse talis. In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. *Lotharius* diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus &c. vni Hundo habetur.

Nos igitur dictum ordinem & Monasterium *Formpactensis* quod disciplinae Monasticae lumine praeradiat, praerogatiua fauoris & gratiae singularis amplectentes, ac intimo desiderio cupientes, quod status siue prosperitas non lacere in aliquo, vel dispendiose corrigatur. Attendentes quoque sincere deuotionis & fidei puritatem, qua dilecti deuoti nostri *Marquardus* Abbas & Conuentus, quos vitae celsitudo insignit religio, nostram celsitudinem indefinenter seruitiis amplectuntur, praedictum priuilegium prout est superius annotatum, & vniuersos & singulos articulos in eo contentos, de benignitate solita liberaliter innouamus, approbamus, & praesentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae innouationis & confirmationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui forsitan attemptare praesumpserit, grauem nostrae indignationis offensam se noverit incursum. In quorum testimonium & perpetui roboris firmamentum, praesens scriptum, sigillo nostro iussimus communire. Datum *Wienn*, Anno Millesimo Trecent. Sexto, Sept. Idus Iunij.

**F***ridericus* Dei gratia Dux Austriae, Dominus Carn. March. ac Portusnao: omnibus in perpetuum, Constitutus in nostra praesentia Vir honorabilis *Marquardus* Abbas Monasterij *Formpactensis* pro se & suo Conuentu nobis humiliter supplicauit, quatenus priuilegium quoddam, sibi per diuinae recordationis *Lotharium* Romanorum Imperatorem Augustum, pie concessum, & postmodum per clarae memoriae *Rudolfum* fratrem nostrum, tunc ducem Austriae & Styriae liberaliter approbatum, etiam nos ipsi & suo monasterio approbare, innouare, & concedere de speciali gratia dignaremur. Cuius quidem priuilegij tenor per omnia talis est. In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis, *Lotharius* diuina fauente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Cum defensionis nostrae sollicitudo circa omnes Ecclesias & Christi pauperes inuigilare debeat, familiariter tamen eas Ecclesias & claustra fouere & manu tenere debemus, quae a parentibus nostris fundata sunt. &c. sequentia idem sonant quod Confirmatio *Rudolfi* Duc. Aust. & Styr. 1306.

Nos igitur praedictorum Abbatis & Conuentus ut suis Deo precibus commendemur, supplicationibus inclinati, praedictum priuilegium prout est superius annotatum, ad vniuersos ac singulos articulos in eo contentos, de benignitate solita, liberaliter innouamus, approbamus, concedimus & praesentis scripti munimine roboramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae innouatio-



novationis & approbationis infringere vel eidem in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui secus attemptare præsumpserit, grauē indignationis nostræ offensam se nouerit incurrisse. Datū *Pataviae* Anno Domini Millesimo trecentesimo vndecimo. Nono Kal. May.

*Albertus* Dei gratia dux Aust. Styr. & Carinthiæ, Dñs Carniolæ, March. ac portusnaonis, Comes in Habspurch, nec non Landtgrauius Alsatia Dominusq; Phuretarū omnib. in perpetuum. Constitutus in nostra presentia Vir honorabilis *Engelschalcus* Abbas Monasterij *Formbacensis*, pro se & suo conuentu, nobis humiliter supplicauit, quatenus priuilegium quoddā sibi per diuā recordationis *Lotharium* Romanorū Imperatorē piē concessum & postmodū per clarē memoriē *Rudolfum* fratrem nostrū tunc ducē Austriæ & Styriæ nec non per Serenissimum dñm & fratrem nostrū Dñm *Fridericum* quondā Roman. Regem tempore Confirmationis & jnnouationis presentium, tunc Ducē Aust. & Styr. liberaliter approbatū, etiam nos ipsis & suo monasterio approbare, innouare & concedere de speciali gratia dignaremur. Cuius quidē priuilegij tenor per omnia talis est, In nomine sanctę & indiuiduę Trinitatis. *Lotharius* diuina fauente clementia, tertius Romanorum Imperator Augustus. Cum defensionis nostræ sollicitudo circa omnes Ecclesias & Christi pauperes inuigilare debeat, familiarius tamen eas Ecclesias & claustra fouere & manutenere debemus, quę à parentibus nostris fundata sunt &c. Nos igitur prædictorū Abbas & Conuentus, vt suis Deo precibus commendemur, supplicationibus inclinati, prædictum priuilegium, prout est superius annotatum, & vniuersos & singulos articulos in eo contentos de benignitate solita liberaliter innouamus, approbamus, concedimus, & presentis scripti munimine roboramus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginā nostræ innouationis & approbationis infringere, vel eidem in aliquo ausu temerario contraire, Quod qui secus attemptare præsumpserit grauem nostræ indignationis offensam se nouerit incurrisse. Datum *Pataviae* Anno Domini M. Trecentesimo quadagesimo, tertio Kal. Nouemb.

**W** Ir Albrecht von Gottes Gnaden Herzog zu Oesterreich zu Steyr zu Kernden vnd zu Crain Marggraf zu Werhern Herz auff der Bändischen March vñ zu Portenaw Graff zu Habspurg zu Tyrol zu Phire vnd zu Kürnberg Marggraf zu Burgaw vnd Landtgraff zu Eltsassen. Bekennen vnd thun khunde offentlich mit dem Brieff / das für vns kham der Ersam in Gott vnser Andechtiger vñnd besonder liber Hans der Pappenberger Abbt zu Formbach vñnd hatt vns diemütiglich an statt sein selbs / seines Conuents vnd Gottes hauß zu Formbach das wir im vnd demselben seinem Gottshaus Gerechtigkeiten zuuernern vñnd zubestatten / solch Gnad / Freyheit vñnd Rechte / so ihn weylandt der Hochgeborne Fürst löblicher Gedächtnuß der Alle Herzog Leopold Herzog zu Oesterreich vñnd zu Steyr mit seinem Brieff gegeben hat / vnd die ihm nachmalen weniger vnser Voruordern auch Herzogen zu Oesterreich / mit namen Herzog Albrecht vnser Vhreen / Herzog Albrecht vnser Een / Herzog Wilhelm vnser Vetter vnd Herzog Albrecht vnser lieber Herr vnd Vatter / denen allen Gott genedig sey mit ihren sundern brüffen vernewert vñnd bestätt haben. Vnd wann wir derselben vnser Voruordern Götlichen vnd zimlichen Wercken vnd Laten / damit sie Klöster Gottshausen vnd Geistliche Personen / die dem Allmächtigen Gott vleissiglich darinnen dienen / begnad vnd befreyt haben / billig Nachuolgend sein. Davon so haben wir zu vordriß durch Gottes willen vnd des Ehegenanten Abten Gebeth im vnd seinem Gottshaus zu Formbach / dessen Vogt wir seyn / die vorgemelten Brieff vñnd alle Freyheit / Rechte vnd Gnad darinn begriffen / von neuem bestätt Vernewern vnd bestetten inen die auch von Fürstlicher Macht / wissentlich in Crafft diß Brieffs / für vns vnser Erben vnd



Nachkommen/ vnd maynen vnd wollen das die mit allen Articulen vnd Punkten so dar-  
in begriffen sein/ gänzlich bei ihren Kräfften bleiben vnd starr gehalten werden/ ohn men-  
niglichs Irung vnd Hindernussen/ in aller Maß als dieselben Brieff von Wort zu Wort  
hiemit begriffen weren/ vngewertlich. Davon empfehlen wir vnsern lieben getrewen/  
allen vnsern Hauptleuten/ Herrn/Rütern vnd Knechten/ Pflegern/ Burggrauen/  
Burgern/Mautnern vnd allen andern vnsern Ambtleuten vnd Vnderthanen/ vnd  
wollen ernstlich/ das si den vorgenanten Abbi/ sein Conuent vnd ihre Nachkomen bey di-  
ser vnser bestetzung/ vnd deren Gnaden vnd Freyheiten in den obbemelten ihren Brüffen  
begriffen/ gänzlich lassen beieiben/ vnd si daran nit hindern noch irren in kein weis/ oder  
si theten wider ons. Vnd des zu Verkhundt geben wir den Brüff besigelt/ mit vna-  
sern grossen Fürstlichen anhangenten Insign. Der geben ist zu Wien am Crechtag  
nach S. Gregori Tag. Nach Christi Geburt vierzehnhundert Jar/ darnach in dem  
ain vnd dreissigsten Jare.

### ABBATES Formpacenses.

- I. PERENGERVS.
- II. BRINTO.
- III. THEODERICVS.
- IV. HENRICVS.
- V. BERNHARDVS.
- VI. HENRICVS II.
- VII. ORTOLPHVS.
- VIII. GESTWICVS.
- IX. ORTOLPHVS. II.
- X. CONRADVS.
- XI. OTTO.
- XII. ORTOLPHVS III.
- XIII. PILGRINVS.
- XIV. HENRICVS III.
- XV. MARQYARDVS.
- XVI. HENRICVS IV.
- XVII. IOB.
- XVIII. FRIDERICVS.
- XIX. ENGELSCALCVS.
- XX. MARTINVS.
- XXI. OTTO. II.
- XXII. CONRADVS Peißler Decret. Doct. & in spiritualibus reb. supremus  
Iudex in Germania.
- XXIII. RVDOLPHVS.
- XXIV. IOANNES Pappenberger, nobilis.
- XXV. GEORGIVS.
- XXVI. THEODERICVS.
- XXVII. CASPARVS Schmatz, nobilis.
- XXVIII. MICHAEL.
- XXIX. LEONHARDVS Straßer.
- XXX. ANGELVS Rumpler.
- XXXI. MATTHIAS.

XXXII. STE.



- XXXII. STEPHANVS Ferber.  
 XXXIII. WOLFGANGVS Stingel.  
 XXXIV. LEONHARDVS Brandtmair.  
 XXXV. CHRISTIANVS Seßler.  
 XXXVI. GEORGIUS Manz.  
 XXXVII. SEBASTIANVS Mayr.  
 XXXVIII. IACOBVS Endres.  
 XXXIX. CASPARVS Siber, modernus Abbas.

### FURSTENVELD MONASTERIVM AD

*Ambram fluvium. Ordinis sancti Bernhardi Cisterciensis.*

**F**VNDAVIT hoc Monasterium Ludovicus, Bavarie Dux, Pater Ludovici Imperatoris, & hoc propter eadem primæ suæ coniugis Mariæ Brabantie, quam ob falsam adulterij suspensionem, Werda ad Danubium præcoci ira percitus, Anno 1256. decollari fecerat, ubi etiam sepulta est, in Monasterio S. Crucis. Impositum illi fuit per Alexand. Pontif. ut pro pœnitentia in sua Prouincia, & de propriis suis redditibus, Monasterium pro 12. Carchusianis institueret. Cum autem nullum tale Monasterium in Bauraria esset, promisit simile pro fratrib. ordinis S. Bernhardi, seu Cisterciensibus, in loco, qui Furstenueld dicitur, ædificare: Quod illi à Clemente Pontifice permissum est; ita tamē si nō aliquo priori voto ad hoc obligatus esset. Ita testatur diploma Conradi Frisingensis Episcopi, de Anno 1266, atque ita facta est fundatio in honorem Saluatoris Dñi nostri Iesu Christi, & gloriose virginis Mariæ. Hunc locum vocatū Furstenueld, cum omnibus pertinentiis plenariē tradidit. Multa præterea alia prædia & possessiones eidem Cœnobio donauit, quarum nomina in diplomate extant. Concessit etiam ei, eligēdi sibi Aduocatum, quem vellent, qui tutelam Monasterij sine aliqua exactione & grauamine susciperet. Concessit etiam iurisdictionem super bona & subditos Monasterij, exceptis capitalibus criminibus; Item quæcunq; prædia fratres emerent, siue eis, ppter Deum darentur, quæ feudali titulo ad Principes pertinerent, liberentur eo onere, ut pleno iure proprietatis Monasterio cedant. Præterea donauit immunitate telonij omnium victualium; siue terra siue aqua ad Monasterium perferantur. Eius rei testes citantur, Conradus Episcopus Frisingen. Hartmannus Augusten. Pontifex, Conradus secundus, Affinis noster, vnser *Oheim*, Hierusalem & Sicilie Rex, Dux Suevie, Meinhardus Comes Goritie, Gebhardus Comes de Hirsperg, Albertus supremus noster scriba, Præpositus de Illmünstere. Eberhardus noster Vicedominus, Dietricus olim noster Vicedominus. Fredericus de Truchedingen, Albertus Leuzman, Albero de Pruchperg, Hadmar de Labar, Burckhart de Wilhaim, Nobiles, Herman de Heiginberg, Conradus de Haldenberg, Berchtoldus Marscalcus de Schitperg, Vlricus filius eius, Arnoldus de Mässenhausen, Vlricus de Camerperg, Conradus de Chamer, Winhart de Rorbach, Vlricus de Soumerdorf, Gerunch de Arnpach, V Vicknandus vicedominus, Berchtoldus Scriba, nostri fideles, &c, alijque plures.

Actum Monachij Anno 1266. die S. Petri Apostoli. Monachi ex Allerspach eiusdem ordinis huc vocati, sub primo Abbate Anshelmo.

Idem Ludovicus postea Anno 1276. in testamento suo legauit Monasterio huic villam in Hettinshausen. Idem postea in alio suo testamento Heidelbergæ facto, ante obitum suum, legat Monasterio huic pro sua & filij sui Ludovici salute, aliquid dari arbitrio coniugis suæ, Anno 1294. Confirmat hanc fundationem patris Ludovicus quartus Imperator filius, Anno 1331.

*Metrop. Sainth. Tom. II.*

Ec 2

IOAN.